

REGIAE
CONSTITV-
TIONIS,

Ad curiarum Praesidalium autoritatem
pertinentis, breuis & dilucida expositio,

ANTONIO VSILLO DO-
ctore Regente Montispeffuli autore.



LUGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO.
M. D. LVI.

Cum Priuilegio Regis.

Extrait du Priuilege du Roy.



A R G R A C E & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille , Libraire de Lyon d'imprimer , ou faire imprimer vnc foys , ou plusieurs vn liure intitulé , *Regiae Constitutionis ad Curiarum Praesidium autoritatem pertinentis , brevis expositio , Antonio Villo Doctore Regente Mompeffuli autore.* Et defendu à tous Libraires , Imprimeurs & autres , de ce Royaume de n'imprimer , ne faire imprimer , vendre , ne distribuer autres que ceux qu'aura imprimé , ou fait imprimer ledict Rouille , dans le temps & terme de dix ans , à compter du iour & datte de la premicre impression : sur peine de confiscation des liures & d'amende arbitraire . Et veut & entend ledict Seigneur que par l'insertion qui sera faict à chacun desdits liures , & les defences & inhibitions cy dessus leur soyent tenues pour signifées , sans que ledict Rouille soit tenu les faire signifier particulierement . Donné à Sainct Germain en Laye le neuvième de Septembre , mil cinq cens cinquante cinq .

Par le Roy , le Seigneur de Passy , Maistre des Requestes ordinaire de l'hostel present .

Signé Fizes ,

Et seelé du grand sceu en cire jaune à simple queüe .



I O A N N I B E R-
T R A N D O, M A G N O G A L-
L I A R V M N O M O P H Y L A C I,
& Conuenarum Episcopo me-
ritissimo, Antonius
Vſillus S. D.

¶



C I O ipſe, quām plurimos bonitatis naturae inimicos ſæpe miratos fuiffe, illuſtriffime Procancellarie, & noſtri Principis ſummam potestate, qua præfulget in condendis legibus, reuocauiffe in dubium, cūm iuſſu principali & conſilio aliorum Procerum, illam legem præclaram edidiffes de Magistratibus Praefidalibus, quæ tam ſanctè veſtra omnium prudentia excogitata eſt, & hominum naturae utiliter inuenta, vt nullus locus litibus vanis, aut potius pernicioſis, fuerit relictus. Nos autem frequentius, cūm per atria Parlamentorum circumcurreremus, infinitos aceruos litium videbamus inchoatos, quarum decisioni vix quæcunque ingenia humana ſuffeciffent. Idco ſubſiſtebamus, magno ani- mi dolore fracti, quare Genius aliquis bonus superioribus annis Reges noſtros minimè fuerit hortatus ad huius præclari edicti promulgationem. Despectus autem cauſa in illis fuit Iu-



REGIAE CON-
STITUTIONIS,
AD CVRIARVM PRAE-
*sidalium autoritatem pertinen-
tis, breuis & dilucida
expositio,*

Antonio Vsillo Doctore Regente
Montispessuli autore.

*Constitutionem Regiam de Iudicijs Praesimalibus iustissimam
de causis esse promulgatam, summaque aequitate subni-
xam esse, plurimumque in se utilitatis continere.*

C A P. I.



OS T initium urbis Romæ, quo
tempore mortalium crescebat nu-
merus, gens Romana toto impe-
tu ad scelerata desideria traheba-
tur, & delinquendi libidine impu-
denter æstuabat: nec erat unus &
singularis vir, qui orbem regeret: sed ipse populus
rerum potiebatur, & imperium tenebat. Propter in-
certum vulgi studium, variisque ipsius voluntates,
nulla erat sancta lex, qua genus duceretur humanū.